Inc. 47 - 8vo

Año Chri .1486.

¶Oratio Antonij Geraldini ꝓthonotarij ap̄lici poeteqꝫ laure
ati:ac regij Oratoris:in obſequio canonice exhibito ꝑ illuſtrē
comitē Tedille:per ꝓthonotariū Metimnēſem:⁊ ꝑ ipſuꝫ ꝓtho
notariū Geraldinū noīe sereniſſimoꝝ Ferdināði regis:⁊ He/
liſabet regine hiſpanie: Innocētio·viij· ei⁹ noīs Ponti·maxio·

Quod olim Romane reipublice relique orbis natiões pre
ſtitere obſequiū:id nūc longe iuſtius ac ſanctius a cete
ris xp̄ianis p̄ncipibus xp̄i reparator̄ nr̄i vicario p̄ſtari:illudqꝫ
potius huius qua potimur felicitatis p̄ludiuꝫ extitiſſe· Hiſpa/
niā aūt eiuſqꝫ principes cū priſcis ſeculis vtriqꝫ imperio: tū ve
ro imprimis etate nr̄a huic ap̄lico throno nō minus decoris at/
qꝫ emolumēti q̄ꝫ alias quaſcūqꝫ ꝓuīcias attuliſſe:affererē haud
longa oīone intēdimus pr̄ ſanctiſſime Innocēti ſumme atqꝫ oc
taue eius noīs pontifex.¶Verū ad hec agēda nō parum offen
dor officij deſuetudine:qui poemata recētius q̄ꝫ orōnes ſcribe/
re cōſueuerim:pturbor materie magnitudine:q̄ ⁊ facundiſſimū
oratorē ⁊ peritiſſimū quēpiaꝫ theologū ſimul expeteret·Obſtu/
peo ſanctitatis tue huiuſqꝫ ſacri ſenatus maieſtate ac ſapiētia:
quib⁹ nihil maius eſſe nouimus inter mortales.Confundor de
mū atqꝫ pre metu cōſternor aucte eoꝝ:qui tot ſeculis in tot pō/
tificū ſucceſſionib⁹ hoc eodē in loco verba fecerūt·Qui licꝫ elo/
quētiſſimi eſſent: nec parū attēte a ſuis potētatibus ad tantuꝫ
munus delecti trepidarūt:Tn̄ pleriqꝫ cū in tantā patrū ampli/
tudinē dicturi acceſſiſſent:nec lingua tm̄ ⁊ ars: verū ⁊ ratio et
mens oīs eos interdū ſubito defecerūt·Quo in diſcrimine cō/
ſtitutus vnicū mihi preſidiū reliquū eſſe video:diuinā opem ⁊
tuā qui dei vices in terris geris clementiā implorare Ac ne ad
ſalutis viā lente cucurriſſe videar flexis genibus illius inuoco
numen ⁊ auxiliū:qui e celo in terras ad hoīum ſalutē delapſus
ſalutis nomē pariter officiū gerit:illūqꝫ religioſiſſime p̄cor:nō
vt Demoſthenis Ciceroniſue:qui ſuis tp̄ibus ſatiſfecerūt: ſed
vt Pauli ex Eſaieqꝫ eloquiū mihi ſuppetat: quoꝝ alteri ad di/

uinū fatū depromendū labia calculo mūdauit ignito· Alteruꝫ
xͦ ex lupo paſtorē:ex xp̄ianoꝝ ꝑſecutore doctorē gentiū et vas
electōis effecit. Tuā vero clemētiā ſuppliciter oro: vt ipſi⁹ quē
refert veſtigia imitata paruulū nō contēnat·Sed q̄to alti⁹ ei⁹
eſt faſtigiū tāto hūanius ad hūiles reſpiciat:ꝛ qđ exilitati mee
detrahendū videbit̄ aſcribat fidei:q̄ maluit cū periculo parere
q̄ꝫ regio:qđ nefas eſt:imperio renitēs ingrati atqꝫ impij nomē
ſubire·Ego enī licet natione ſim Italus: tn̄ hiſpanus ſum edu
catione:quippe qui a tener' annis in hiſpania:hiſpanorūqꝫ re/
gnū obſequio verſat⁹·Ad hoc aūt muneris nō iccirco delectus
qꝛ in hiſpania vel veterū vel nouoꝝ oratoꝝ copia deſit· Sꝫ qm̄
velut qui multis imperant diuerſaꝝ gentiū ingenia fouere cō/
ſueuerūt: virtutiſqꝫ potius q̄ꝫ ortus rōem hr̄e: vt oīm nationū
imperio digniſſimi videant̄·Qm̄ igit̄ eo quo ꝓpoſui ordine ꝓ
cedendū mihi eſt:ꝛ vna in tota orōne dicendi ſeries ꝑpetuo ret
tinēda:nō arbitror pr̄ ſanctiſſime illud ad ꝓbandū difficile eſ/
ſe:qđ in ipſo ſermonis mei initio p̄notaui:vniuerſos xp̄ianorū
principes iuſtius ſanctiuſqꝫ huic tuo culmini obſequi q̄ꝫ ſena/
tui ac po·Ro·cetere ꝓuincie ac gentes ꝯſueuerūt· Si enī tantū
valuit apud eos equabilis vite fama:ꝛ nitidiſſimū iuſticie no/
men quo iura apud oēs partiri equa lance exiſtimabant̄: vt ſe
ad eoꝝ ditionē plereqꝫ vltro tranſferrēt:illā nō imperiū ſed tu/
tiſſimū humani generis patrociniū: cōmuneqꝫ hoīm perfuguꝫ
exiſtimātes:lōge magis apud eaſdē valere debet: non cōitatis
tm̄ fama ſed iuſticia ipſa·Nec iuſticia ſolū ſꝫ vera religio ac pie
tas.nec religio tm̄ ꝛ pietas:verū ipſa beatitudo ꝛ feliciſſima at
qꝫ eterna hereditas p̄cioſiſſimi ſanguinis dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i:quo
rū arbitriū diſpēſatio atqꝫ ptās eſt apud ei⁹ vicarios ꝛ ſucceſſo
res Petri·Pro qua quidē fide ipſe idem apl'oꝝ princeps Petr⁹:
qui ab eo celoꝝ claues ꝛ ſoluēdi atqꝫ ligādi aīas ptātem accepe
rat:nō dubitauit ſe crucis patibulo exponere:ꝛ mortē cum vita
mutare:pro qua Johānes bap·Paulus ꝛ infiniti pene alij poſt
plurima acerbiſſimaqꝫ tormēta capite truncati fuerūt:p̄cipita/

tus Jacobꝰ: ꝛ fullonis vecte percuſſus. Bartholomeus etiã pe-
coꝛis ritu excoꝛiatus. pꝛo qua Stephanus lapidibꝰ obrui. Lau
rentius ſe ſup craticulã vt piſcem aſſari. Sebaſtianus ſagittis
vndiqꝫ penetrari. Blaſius pectinibus cedi. Ignatius ꝛ infiniti
pene alij fuſtibus: plumbo: vngulis: ferroqꝫ cõteri: leonibꝰ ob-
ijci: ac demũ ignibus cõſumi paſſi ſunt. Pꝛo qua deniqꝫ tã mul
ti pꝛeter hos fidẽ hanc xpi ꝯfitentes: virgines: ſacerdotes at-
qꝫ pontifices ſe vltro humanis delicijs atqꝫ affectibus exuerũt
ꝛ in terris pꝛeter terreni coꝛpis ritum ac neceſſitatẽ vixerũt: ex
hoĩbus angeli anteqꝫ moꝛerent̃ effecti. Que pꝛofecto ſi falſa eſ
ſet vt quidã gentiliũ ſectatoꝛes ꝛ ideo voluptarij etiam nũc di
cere audent. Non tales tantoſqꝫ habuiſſet aſſertoꝛes Grecos:
pariter ꝛ latinos: vt Dionyſium Ariopagitã Johannẽ Chriſo-
ſtomũ: Gregoꝛiũ nazãzenũ: Magnũ Baſiliũ: Oꝛigenẽ: Necnon
Ambꝛoſium Hieronymũ Auguſtinũ Gregoꝛiũ Leonem Bedaꝫ
alioſqꝫ vtriuſqꝫ lingue doctoꝛes peritiſſimos. Si ſine p̃mio nũ-
quã hi quos ante dixi apoſtoli martires ꝛ reliqui eius pꝛofeſ-
ſoꝛes tam mares q̃ femine voluptates: honoꝛes: diuitias: ꝛ de
mũ eas quibus viuebant animas cõtempſiſſent. Sed quoniam
plenitudo tempoꝛis iam aderat: ꝛ omnis lingua illi: qui ad iu-
ſtificandos ſaluandoſqꝫ homines venerat: confiteri cogebat̃:
iure optimo deo ceſſimus: merito hanc religionẽ ſuſcepimus:
celoqꝫ ſimul ac terra omnibus ſignis: omnibuſqꝫ pꝛodigijs mo
nentibus ac plene iubentibus: illum veneramur ꝛ colimus: qui
dei vices in terris gerit: qui religionis ſancte arbiter ac mini-
ſter eſt: qui celum tradita ſibi a dei filio poteſtate: cui vult clau
dit ſimul ꝛ aperit. Eo felicioꝛes q̃ antiqui illi Romanoꝝ tribu
tarij ꝛ populares: quod illi pro fama nos pro vera virtute quã
in te conſumatiſſimam ꝛ tanto magiſtratui parem eſſe cogno-
uimus: illi pro terrenis: nos pro celeſtibus premijs laboꝛamus
illi humanis rectoꝛibus: nos dei vicarijs obſecũdamus. Illos
moꝛtalium pꝛeconia: nos ſuperoꝛum oꝛacula pertraxerunt.
Qđ autẽ illud Romanoꝛũ huius chriſtiani imperij pꝛeludium

fuerit ac plane ꝑſagiū facillime ꝓbari pōt:nō minus veteꝝ tra
ditionibus ⁊ teſtimonio q̄ ex ipſa rerū ſerie atqꝫ ordine·Quem
admodū enī eccleſie ſponſum hoc eſt principē cōgregationis fi
deliū Jeſum xp̄m dn̄m ac deū noſtrū ab oībus tū hebreoꝝ vati
bus:quos ꝓphetas nūcuparūt:tum etiā grecoꝝ gentiliūqꝫ ſcri
ptoribus p̄nunciatū fuiſſe cōſtat:ꝑſertim Sibellaꝝ carminibꝰ:
Apollinis delphici oraculo: ⁊ Mercurij Trimegiſti vaticinio·
Ita ⁊ ſponſe hoc eſt ſacerdotalis monarchie regnū prefiguratū
fuit: Jiſdē fere auctoribus ⁊ ab oībus q̄ꝫ ab orbis primordio im
peria dn̄iaue numerant̄:velut Euſebius Pāphilus in libris de
preparatiōe euāgelica latius refert·Que ſi minus certa et fide
digna putāt:certe in viſione illa Danielis:q̄ in ſtatua illa ima-
ginaria per metalloꝝ diuerſitatē imperioꝝ ſeries deſignat̄:nul
lus relinquit̄ ſcrupulus:cū ⁊ ipſe manifeſte q̄ vidit retulerit: ⁊
nō vulgares habeat ſue viſionis explanatores· Que haud du-
bie oſtēdit ideo p̄ceſſiſſe alia imperia:vt hoc ſacerdotale regnū
hanc ſanctā ditionē:hanc celeſtē ⁊ plane diuinaꝫ in terris mo-
narchiā prepararēt·Que deo vſqꝫ adeo grata ⁊ cara fuit:vt re-
gnū celoꝝ ꝑſepe euāgelij oraculo velut Gregoriꝰ interpretatur
ſit appellata·Romanū aūt imperiū ita huic preuiū ac proximuꝫ
indicē extitiſſe: quēadmodū Johānes baptiſta ſaluatoris no-
ſtri preco ⁊ p̄curſor fuit·Meritoqꝫ nec illo maiorē quēpiaꝫ inter
natos mulieꝝ:nec Romano imperio quicq̄ꝫ ſublimius ſpecioſi
uſue in toto orbe vnq̄ꝫ antea apparuiſſe:in quo iure optimo fa
cto orbis cenſu ⁊ ꝓpagata per oēs oras pace ſalus hoīm ⁊ p̄ris
ſapiētia naſci voluit:vt illi imperio qđ ſuo p̄luxerat fauere vide
ret̄:vt veniēti regi regū ⁊ dn̄o dominantiū totus orbis pacatꝰ
ſubqꝫ vnius ditionē redactus applauderet·Ac demū vt celeſtis
regis triūpho terrena ptās que oīm fuit ampliſſima pompaꝫ p̄
ferret·Poſſem equidē pr̄ ſanctiſſime hoc loco multa priſcoꝝ mo
numēta:que partī ſummoꝝ pontificū decretis: partim vniuer
ſe ciuitatis fideliū cōſenſu approbata ſunt: quedā trita ⁊ vul-
gata:quedam etiā abſtruſa ⁊ recōdita: aut ſaltem pauciſſimis

cognita in mediũ hic afferre· Uerũ enimuero q̄m vereor ne ſan
ctitatis tue: huiuſq; ſacri ſenatus aures melioribꝰ maioribuſq;
xp̄iane reipu· negocijs debitas diutius q̄ȝ fas eſt teneã: ⁊ eadeȝ
fere oĩa in faſtoꝝ meoꝝ volumine: qđ nup elegiaco verſu cõpo
ſui: cõmodius latiuſq; explicata ſunt. His omiſſis ad illud ex/
ſoluendũ venio qđ tertio loco ꝓmiſerã: Hiſpaniã videlȝ eiuſq;
principes illud ſemp auxiſſe atq; ornaſſe imperiũ: qđ vel ſpõte
vel neceſſitate ſequi inſtituiſſent· Qđ vt facilius preſtẽ: nec re
rũ ſeriẽ ſcindere vnq̄ȝ cogar altius: mihi quedã de Hiſpanie ſi
tu ac fertilitate repetẽda ſunt· Deinde attingenda gentiliũ xp̄i
anorũq; tpa· Jn quoꝝ calce etiã aliquid ſubdendũ erit de emi/
nẽtiſſimoꝝ Ferdinãdi regis ⁊ Heliſabet regĩe laudibus: q̄ vſq;
adeo magne ⁊ excelſe ſunt: vt cũ omni priſcoꝝ gloria ꝯferri poſ/
ſe videant̄: ⁊ quoꝝ obliuionẽ nulla vnq̄ȝ allatura ſit etas·

¶ Eſt quidẽ Hiſpania ꝓuincia vt Geographi tradidere in ex/
tremo occidente ſita: freto Gaditano et Ethesijs a merediano
eſtu auſtriniſq; tẽpeſtatibus defenſa: a furore aũt Boree eiuſq;
vi pireneis montibꝰ: ⁊ tota Gallia p̄munita: tritici: vini: olei: oĩ
umq; frugũ oĩmq; metalloꝝ: ac animãtiũ que hoĩbus ſunt vſui
feraciſſima: noxia xͦo rariſſime gignit· Abundat p̄cipue velociſ
ſimoꝝ acerrimorũq; equoꝝ fetura. Cẽſeturq; feliciſſima virorũ
ſobole: que nõ minus corpoꝝ dexteritate ac robore q̄ȝ aĩoruȝ in
duſtria: ac vi reliquas prouincias aut ſuperat: aut certe equat·
Trecẽtos totos apud eã annos decertatũ eſt Scipione Grac/
cho Albino Catone Metello Pompeio Ceſare alijſq; ducibꝰ: a
Numãtinis xͦo ⁊ Cãtabris ita acriter repugnatũ: vt ꝓpriores
victorie fuerint qui victi fuerunt· Recepta fuit tandem per eoſ
deȝ duces: ⁊ Cantabri poſtremo ab Auguſto debellati· Poſtq̄ȝ
aũt Romanis faſcibus libere paruit tãto vſui tãtoq; ornamẽto
illis fuit: vt nunq̄ȝ illud memoriabile bellũ ſine hiſpano milite
geſſerint: Jta familiariter cũ illa vixerũt: vt in nullã prouinciã
plures colonias trãſmiſerint: nullibi plura ſuoꝝ geſtoꝝ monu
menta reliquerint· Pompei trophea in Pyrenoꝝ iugo ſita ſunt

Scipionū monumēta nō longe a Taracone ſpectant̄. In Baſtetania tauri ſunt ex lapide duriſſimo maximi: tergaq3 his lr̄is adhuc notati. BELLUM CAESARIS ET PATRIE. Turres Julij: Julij carceres: Julio briga: pax Julia: Julia myrthilis: oīa Julij ceſaris opera fuerūt. Ceſaraugusta: Emerita augusta: Norba augusta: Aſtorica augusta: Augusti munere cōdite vł inſtaurate fuerūt: atq3 oēs eiuſdē nomini dedicate Emporie Valētia Cremona Placētia: multeq3 alie in Hiſpania3 ab Romanis Colonie deducte fuerūt. Ipſa Emerita augusta celeberrimū veteranoꝝ domiciliū. Saguntbus vnicū ſed lachrimabile fidei exemplū: ac Taracon nobile peregrinoꝝ ipſiuſq3 Augusti hoſpiciū vrbes ſunt in Hiſpania Romanoꝝ titulis ac monumentis pleniſſime. Nunq3 deinde in hiſpania bellū aut tumultus fuit quin cenſeret̄ perinde ac ſi eſſet in foro populi Romani ⁊ in arce imperij. A qua quidē nō dubitauit vrbs hec rerum dn̄a ⁊ magiſtra doctrine nō ſolū bonaꝝ artiū doctores accipere: vt Quintilianū Senecam Lucanū Luciūflorū Pomponiū melā Syliū Italicū Marcialē Oroſiū: Verū vtiliſſimos rectores rei publice. Clariſſimoſq3 impatores: vt Neruā traianu3 Hadrianū ac Theodoſios: quin etiā Galbā ipſu3 q̄3uis Romanū: tn̄ ab hiſpanis Romā ad imperandū miſſum fuiſſe priuata pecunia cōſtat. S3 de gētiliū tp̄ibus iā ſat̄. Videamus nūc q̄d per Hiſpaniā xp̄iane religioni acceſſerit. Fuit ea principio fundata ⁊ aucta martiꝝ vt dixi famoſiſſimis cedibus mirabiliq3 cōſtantia: ⁊ tā mariū q̄3 mulieꝝ feruida ꝓfeſſione veraq3 ſapiētia Poſtq̄3 aūt Mahumete alioꝝūq3 barbaroꝝ hereſis ⁊ vis increbuit: etiā ⁊ catholicoꝝ principū potētia inſtaurata: In oībus hijs ordinibus celeberrimos pie religionis aſſertores ꝓduxit hiſpania. Cū enī a nō vltimo ap̄loꝝ Jacobo zebedei filio xp̄i fide3 accepiſſet: ipſa quoq3 poſtea in numeros tulit: qui eā quā acceperant religionē cū vite periculo tuerent̄. Omniū clariſſimos genuit Laurentiū ⁊ Vincentiū Valerij dyacones. Eode3 fere tp̄e Engratiā ⁊ inumerabiles martires Ceſarauguſtanoſ. Duas p̄

terea Eulalias alterã Barchinonẽſem: alterã Emeritẽſem· To
leti Eugeniũ epm̃ ⁊ martirẽ· Alfonſum ⁊ Julianũ epos ⁊ cõfeſ/
ſores: ac Leocadiã virginẽ· Jn certis locis Siſebutũ ⁊ Recare/
dũ reges Gotthoꝝ· ac Hermigillũ Leonigildi regis filiuȝ: qui
maluit ſecuri a patre ꝑcuti ꝙ Arriane hereſi cõſentire· Ex hijs
aũt qui eccleſiã dei ſuis meritis ⁊ doctrina fundarũt plurimuȝ
ex regia ſtirpe fratres Leandrũ cui Gregorius ſuoꝝ libros mo
raliũ deſtinauit· Braulionẽ epm̃ Ceſaraugustanũ· Jſidorũ qui
inter multa opera ethimologias etiã ſcripſit: ac Florentiã vir/
ginẽ que religioſis mulieribus quas olim veſtales: deinde mo
niales nũcuparũt: centũ cenobia erexit· Super hos tulit Hiſpa
lis Carpophoꝝ epm̃ ⁊ martirẽ: Abundiũ ⁊ Germanũ diacones
⁊ martires: Juſtã ⁊ Ruffinã virgines· Habẽt Cordube quinꝗ
⁊ quadraginta ex vtroꝗ ſexu ſanctoꝝ cathalogo aſcriptos· ha/
bent duodecim legiõe· habẽt Emerite ſex· ſex Barchinone· Abu
le ſeptẽ· Gerũde vnũ felicẽ martirẽ ⁊ in eius agro. Damaſuȝ põ
tificẽ maximũ ⁊ cõfeſſorẽ· Quos om̃s atꝗ alioꝝ quinꝗ ⁊ qua/
draginta in Euſebij kalẽdis notata: noĩa breuitatis ſtudio vo
lui p̃terire· Ueꝝ ꝗbuis ad occaſum mea feſtinet oratio neutiꝗ
omittẽdi ſunt diuus Dñicus p̃dicatorij ordinis fundator: ⁊ in
eadẽ religione ꝓfeſſor inclitus· diuus Uincẽtius Ferrarius·

Poſtꝙ aũt cũ impuris Jſmahelitis Mahumeteã hereſiȝ aſtru
entibus nõ pro gloria ⁊ imperio ſed pro religiõe ⁊ vita certam⁹
iamꝗ aut nr̃o cr̃ie: aut diuino ⁊ archano alio quodã fato nõ ex
Aſia tm̃ ⁊ Aphrica: verũ ex maiore Europe parte depulſi ſumus
Fuitꝗ opus ad inſtaurationẽ religionis armis ⁊ potẽtia prin
cipũ: ꝗꝗ nõ defuerint ex alijs regnis ⁊ ſtirpib⁹ pie religionis
aſſertores: tñ Hiſpaniaꝝ reges noſtroꝝ eminẽtiſſimoꝝ princi/
pũ proauctores precipuã ſibi ex hac re gloriã vendicarũt: ꝙ eos
e multis florẽtiſſimiſꝗ regnis depulſos: ĩnumeris ac fere exiti/
alibus dãnis ⁊ cladib⁹ affecerũt· Pelagius enĩ primus poſt cõ
munẽ ſupremãꝗ illã: que Juliani comitis ſcelere inducta ẽ: to
tius Iberie calamitatẽ: primus tanꝗ alter Camillus pro laben

te patria coacto ex montanis aſturū nō iuſto exercitu ſumpſit
arma:tū marīa ⁊ atrociſſima in eos p̄lia gerens:ab eodē cū ipe
ſolus ex ſtirpe regia ſupereſſet:fuit Gallecie ⁊ Aſturū rex ſalu/
tatus. Ab hoc poſtea ꝓfecti ſunt illi Alfonſi Remiri Ordonij
Ferdinādiq;:ac Jacobi Perſaꝝ Medoꝝ Athenienſiū Macedo
nū Romanorūq; regibus nihilo inferiores. Siquidē hi regna ⁊
imperia ſua nō ſolū ſumma cū fide ⁊ equitate rexerūt:verūetiā
maiorē immodū propagauerunt. Nā a Galecia ⁊ Aſturibus ut
dictū eſt incipiētes Luſitaniā Bethycā Turdetaniā Carpēta/
niā Baſteraniā Barduliā Cātabriā Celtiberiā Auſetaniā Baſ/
ſetaniā ac Laletaniā:ſic enī priſcis noībus appellant̄:cū alijs
multis ꝓuincijs Siciliā Sardiniā Bareareſq; cū ceteris adia/
centibus ⁊ his que in occeano Hiſpanico ſunt inſulis e Mau/
roꝝ manibus vindicarūt. Jidē quoq; reipub. xp̄iane ⁊ huic Pe
tri nauicule dū ſecūdis vteret̄ ventis:mario ſemꝑ ornamēto fu
erūt:dū vero aduerſus procellaꝝ turbinib⁹ quateret̄:⁊ admini
culo ⁊ ſubſidio ſingulari. Quoꝝ veſtigia imitati Ferdinandus
rex ⁊ Heliſabet regina noſtri incōparabiles principes:vt omit
tā admirabilē iuſticiā diuināq; ſapientiā:quibus regna vtri/
uſq; Hiſpanie ſibi a maiorib⁹ tradita:tn̄ belloꝝ licētia cōquaſ/
ſata plurimū ⁊ plane corrupta ad meliorē frugē ſpeciemq; rede
gerunt:Atq; vt preterea innumerabiles excellentiſſimaſq; vtri
uſq; virtutes:quibus celo magis quam terris ſe dignos pre/
ſtant:etate noſtra et eo potiſſimum tempore: quo propter iu/
uentutis florem: regnorum liberorum ceterarumq; rerum af/
fluentiam ⁊ felicitatem delicatiorē ſibi vitam deligere pro luxu
ſeculi debuiſſent:dei amorem et cultum omnibus delicijs vni/
uerſiſq; diuitijs preferentes:laborioſum ſane ac difficile:ſʒ me
riti et glorie plenum opus aggreſſi ſunt:chriſti Saluatoris ſui
nomen et imperium domi foriſq; propagare:ac primum nōnul
loꝝ qui ad veteres Judeorū ritus: Exploſaſq; iampridem ceri
monias relabebantur:de medio tollere. Deinde nefandiſſimā
Maurorū gentē que in extremo quidem:ſed locorū ſitu ⁊ operi

bus munitiſſimo Europe angulo cõtra oẽm preteritoꝝ regum potentiã reſederat: excindere exterminareqꝫ penitus vetus et grauiſſimũ obprobriũ xpiane religionis· Qua quidẽ pro re nec theſauris parcũt quos vſqꝫ ad regia ornamẽta liberaliſſime ꝓfundũt· Nec corpib⁹ indulgẽt: q̃ maximis ⁊ manifeſtiſſimis periculis pſepe obijciũt: Ea caritate vir ⁊ cõiunx inter ſe munera ⁊ vices partiunt̃: vt pene nõ minus decoris ſit in ordine ipo q̃ꝫ in opere· Ferdinãdus enĩ aĩo inuicto ac fere herculeo exercitibus preeſt: duces ducit ac regit: militaria opa inter eos partit̃ hoſtes fundit: vrbes expugnat: monſtra domat: triũphoſqꝫ reportat· Helisabet vero oĩm que vnq̃ꝫ fuerũt reginaꝝ excellẽtiſſima in finibus reſidẽs progreſſo in expeditionẽ viro: per puellarũ aſſiduas ſtationes donec redeãt pro regis exercituſqꝫ incolumitate ⁊ victoria iugiter deũ exorat: iura populis dicit: ſtipendia cõparat: cõmeatus deduci curat: ſubſidia regi pariter ⁊ ducibus trãſmittit: ſaucijs lectos medelas ⁊ medicos: ſanis autẽ arma cibaria ⁊ egregia dona· Quin etiã quo plures ad militiã trahat: ardentiuſqꝫ ad bellũ ſui oris maieſtate incẽdat: ipa quoqꝫ interdũ in caſtra ſe cõfert: ⁊ ducis optimi munus implet Sed imprimis vterqꝫ ⁊ ex caſtris et ex vrbibus Ganeas Lenones: aleatores: periuros: omẽſqꝫ blaſphematores ⁊ contẽptores dei exterminarũt: iniquũ cenſentes ꝙ vbi de cauſa dei agit̃ ibi dẽ impuri exleges ⁊ impij diuerſent̃· Nec minus optimis moribus q̃ꝫ ampliſſima ditione religionē dei fundari debere exiſtimãtes: quo fit vt deus illoꝝ caſtr' aſtare: illis aĩos ⁊ vires ſuggere: eiſdẽ etiã hoſtiũ victoriã ⁊ votoꝝ finẽ ſuppetere videatur Siquidē nullum exercitum ex legũ rex inuadit quem non ſuperet: nullũ oppidũ oppugnat: qđ nõ ſtatī expugnet· Nihil deniqꝫ tam arduũ aggredit̃ qđ non cõſequat̃· Nam vt preteream ꝙ his primis annis Alphamã vrbẽ Alloraqꝫ ⁊ Setenil cũ multis alijs oppidis ⁊ arcibus cepit: ⁊ ꝙ eſtate preterita cũ Rhõda vrbe eiuſqꝫ agro ⁊ ſeptuaginta alijs oppidis vltra quadragĩta hominũ milia xpiane ditioni reſtituit· Hac eadẽ eſtate que vix

eſt exacta Loriã vrbem Moclinũ Jlloraq̃ꝫ ⁊ montẽ frigidũ: cũ aliis quibuſdã munitiſſimis caſtellis in hoſtiũ oculis in ipſis Granate portis: ac pñte ipſa regina expugnauit. Jaꝫ vero quã ta ſit vtriq̃ꝫ diuine rei cura: quãtus cultus: quãta magnificẽtia nõ ſolũ temploꝝ apparatus ⁊ auguſta ornamẽta: veꝝ etiã ſacer dotũ ordo dignitas ⁊ ſedulitas declarant. Jmprimiſq̃ꝫ teſtanť lautiſſime veſtes ⁊ p̃cioſa vaſa ad templa: q̃ in hoſtili agro nuꝑ erecta fuerũt paulo ante tranſmiſſa. Hij ergo btiſſime pr̃ tã iu ſti tam pij tã ſancti ac plene diuini principes tue corone nunc accedũt: hi tibi hodie per hũc illuſtrẽ dñm Enecũ Mẽdoꝫam Tendille comitẽ: regiorũq̃ꝫ exercituũ ductorẽ: per hũc reueren dum patrẽ Johãnẽ iuriſcõſultũ Methinnẽſem ſanctitatis tue notariũ: ac per me fidei munus: obſequij pignus: religionis ar rã: ac pietatis tributũ preſtant. Hi deniq̃ꝫ te per nos vt veꝝ xp̃i vicariũ haud dubiũ Petri ſucceſſorẽ: ⁊ certiſſimũ totius ciuita tis fideliũ pontificẽ venerant ⁊ colũt. Qd̃ ſi ſerius q̃ꝫ oportuit nõ eoꝝ volũtati ſed tẽpoꝝ potius ꝯditioni eſt imputandũ. Jm mo vero ingẽtes gratie viderenť habẽde: q̃ꝫ tali exercituũ du/ ctore tam diu carere potuerũt: donec tibi debitũ obſequiũ p̃ſta reť. Siquidẽ q̃ꝫ vtilis bello ſit cuꝫ ſepe alias: tũ vero pauloante dum p̃ſidio Alphaniã teneret latiſſime patuit. Hos igiť reges excipe beatiſſime pr̃: excipe inquã ⁊ amplectere toto aı̃o ⁊ ſoli/ da charitate: hos tibi piarũ expeditionũ duces delige: hos effi ce participes ⁊ miniſtros magnoꝝ operũ: hos demũ his ad vo tũ peractis pontificis decretis ac titulis honeſtato. Jta enim ſpectat ad ſedẽ iſtã pontificiã a qua nil niſi benignũ piũ ac ma gnificũ ꝓficiſci debet. Jta poſtulat ciboꝝ ex quibus ipſe orige/ nem ducis per nobile ⁊ plenũ miſterio nomẽ: quibus ideo hũc pontificatũ diuinitus deſtinatũ fuiſſe reor: vt tu quondaꝫ pa/ ſtor optimus humanũ genus ſalutaribus aleres cibis: ſeculũq̃ꝫ aureũq̃ꝫ noſtris tp̃ibus reduceres: Jta demuꝫ exigit magna di uinaq̃ꝫ illa tua ꝓfeſſio: qua coronationis tue die iuſticiã: pacẽ: abundantiãq̃ꝫ tuis populis promiſiſti. Que tria ſi preſtiteris:

quid eſt aliud qđ a deo ĩmoꝛtali pꝛeter animoꝝ beatitudinē ex
optemus· At in eo ꝙ in cōponenda hac cōmuni Italie: ĩmo ve
ro totius xp̄iane religionis pace tantū ad eos auctoꝛitatis de
tuliſti: non paruū animi pignus accepimus· Age ergo id btĩſſi
me pater· Nam nō erunt regno indecoꝛes: videberiſq₃ cum deo
⁊ hominibus ad ſtudiū quod in eos pꝛocliue eſt cōſentire: fun
geris officio egregij incōparabiliſq₃ paſtoꝛis: cuius eſt ꝓpꝛium
amare ouilis ſui pꝛopugnatoꝛes: ipſiuſq₃ amplificatoꝛes auge
re: ex quo quantā gloꝛiam cōſequeris · Naȝ te humanis rebus
pꝛeſidente ſublatum ex Europa fuerit ſempiternū obpꝛobꝛiuȝ
nominis xp̄iani· Qua re quid pꝛeclarius: quid optatius: quid
te dignius: quid deniq₃ deo ⁊ hominibus gratius poſſis effice
re· Eueniat vtinam ſicut olim Innocen· pontifice et Ferdinan
do rege Hiſpalis recepta eſt· Ita nunc feliciſſimis auſpicijs tu
is qui eiuſdem es nominis ⁊ alio Ferdinando debellāte: Gra
nata vrbs maxima: que olim Ilipula magna dicta eſt: ad chri
ſti cultum et obſequiū redeat· Moxq₃ in Aſiam ad recuperādā
ſaluatoꝛis noſtri patriam: quod felix fauſtūq₃ ſit ſanctitati tue
eoꝝ maieſtati: ⁊ toti reipub· xp̄iane ſigna ⁊ militiā cōferamus·
Dixi·

¶ Habita Rome· xiij· kal· Octobꝛis· Anno ſalutis
ſexto ⁊ octuageſimo ſupra. cccc· ⁊ mille.

¶ Ad hec ſummus Pontifex laudans et extollens mirū immo
dum geſta ⁊ vitā Sereniſſimoꝛū regis et regine Hiſpanie: egit
illis immoꝛtales gratias ſuo Reuerendiſſimoꝝ Cardinalium:
populi Romani: ac totius Italie nomine: ꝙ tempoꝛe Sixti pre
deceſſoꝛis ſui: ⁊ nunc ſe pontifice pacem Italie: ĩmo verius to
ti xp̄iane reipublice reddiderint· Obtulitq₃ ſe paratiſſimuȝ ad
omnia: que in eoꝛum decus cedant·

Tres mihi dant nomen terre: tres laudibus orno
Oenotriam: heſperiam: trinacriamq; plagas.
Illa tulit: fouet hec retinendo: tertia paſcit
Sic genius: ſic ars: ſic mihi flurit honos.
Stirpe Geraldini ducens Anthonius ortum
Principibus lucem temporibusq; dedi.
Nam luſtraui orbem regum legatus: & horum
Deſcripſi varijs geſta decuſq; modis.
Hec mihi ter denos intra ſors contigit annos:
Mox ſacer ad ſacras res mea vota tuli.
Namq; elego faſtos: lyricis ſed cantibus odas:
Heroico cecini myſtica ſacra pede.

STVDIS CATALONIAE BIBLIOTECA
80
8v
Inc. 47
45663

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001958985

Im. 47 - 8ª